

1. Si procellae saevient, naves in portibus tenebuntur. 2. Longae sunt regibus manus. 3. Exercitus sine duce velut corpus sine animo est. 4. Cornu decus tauri est. 5. Hieme terra nive, flumina gelu tegentur. 6. Si innocentes eritis, non puniemini. 7. Post mortem a deo, iusto iudice iudicaberis. 8. Ut lac lacti simile est (pozor, jde o přísloví!), 9. Parentes vos non semper nutriunt et induunt. 10. Rosae non deest spina. 11. Vulpi cauda longior est quam (než) lupi. 12. Aestate dies longiores sunt. 13. Melior est certa pax quam incerta victoria. 14. Magnus in bello Themistocles erat neque minor in pace. 15. Audi multa, meliora elige. 16. Bonum est opinari, melius est certe scire. 17. Malus est error, peior defensio erroris. 18. Maior pars meliorem vincet. 19. Bene lege, pulchre scribe, egregie narra. 20. Duo amici sunt unus animus in duobus corporibus. 21. In ambabus<sup>1</sup> manibus decem digiti sunt. 22. Olor centum annos vivit. 23. Si unus deus est, mundus opus unius dei est. 24. Campus Marathonius ab urbe Athenis abest circiter quadraginta chiliometra<sup>2</sup>. 25. Bello Triginta annorum tota Europa centralis vastabatur. 26. Quot menses, dies, horas puer duodecim annorum vivit? 27. Quota hora est? Nunc nona. 28. Primus dies mensis apud Romanos Kalendae (etiam Calendae scriptum, sed non tam saepe) vocabatur, dies quintus aut septimus nomen Nonae ferebat. 29. Primus digitus manus humanae vocabatur pollex, quia maxime<sup>3</sup> omnium pollet; secundus index – eo res indicamus; medium apellamus a positione, quia medius est; quartum vocabant Romani digitum anularium, quia anulos portabat; quintus vocabatur minimus<sup>4</sup>. 30. Sine spe vita tristis esset. 31. Avarus apellarer, si divitias nimis amarem. 32. Me ama, non mea. 33. Nihil mihi carius est quam mea familia. 33. Omne animal se suaque<sup>5</sup> maxime amat. 34. Non ignoro mea vitia, sed tu tua ignoras. 35. Quoniam se satis securum arbitrabatur, pericula possibilea neglegebat. 36. Omnes illum probum civem putabant. 37. Cum Miltiadem ducem elegissent<sup>6</sup>, inter milites indignatio magna orta est.<sup>7</sup> 38. Schola in moderna vita necessarium fundamentum successus in mercatu laboris est.

---

1 Skloňuje se jako duo.  
2 chiliometrum – kilometr.  
3 nejvíce.  
4 nejmenší.  
5 hleďte ve slovníku -que  
6 zvolili  
7 povstala, nastala, vznikla